sent, gravissimo scelere sese obstrictos fuissent deprehensuri? Depre-
dissent me Christe sceleris atrocitatem, si veritati nubem demere
luissent, qui, Senatui quasi captivo tyrannicè imperantes, populo persua-
ere conabantur, libertatem se huic multo suo sanguine comparasse:
qui, Rempubl. non tractim, sed uno veluti ictu exhaurientes, hujus con-
servatores, sospitatores atq custodes optimi videri volebant: qui, non
...issi injuriarum scenae inservientes, iniquissimum atrocissimumq omni-
um quotquot unquam ab ullis parricidis patrata fuere facinorum,
aequitatis tamen specie incrustabant. Sic itaq quum ad summum fla-
gitii hujus fastigium, flagitium illud insuper additum, ut inauditum hoc
...q factum justitiae velamento operiretur, protrahendi sunt ex postsce-
niorum sipariis hypocritae in mediam theatri Orchestram, ut ne-
fandi sceleris scena aperiatur. Protraham autem ego impraesen-
tiarum, dum facti iniquissimi atrocitatem paulò altius mecum reputo,
non tam autores ipsius, quàm factum ipsum in proscenium doco-
ratorium, atq in hoc ipso meo in Almam Philyream, quem hodie medi-
tor, discessu, (autoritate nempe et jussu Excellentissimi Domini Recto-
ris) [illegible] illud, ut publicum parricidium, ex Genere Juridi-
ciali, speciatim è statu ejus definitivo, accusabo. Atq hanc ipsam quidem
causam vobis, Venerandi quotquot ad auscultandum confluxistis, au-
dientibus et quasi ad judicandum sedentibus agam. Neq enim qui
mihi res ulla cum famosis illis ac scelestis judicibus hic erit,
ab ejusdem sceleris sociennis, non ad cognoscendum de crimine,
sed ad omnimodò condemnandum innocentem, et quidem Regem,
et quidem suum, constituti fuerant. Quin horum potius injustitiam,
impietatem, perfidiam ac crudelitatem coelo ac terrae proclama-
bo, ipsosq autores convictos posteris tradam, ac talis tantiq sce-
leris, cui simile nec priora viderunt secula, nec posteriora forsitan
videbunt, reos peragam. Id autem omne, Auditores summè Veneran-
di, tantquam à me quidem abituriente coram vobis fiat, coram vobis,
inquio, quibus et ingens modus doctrinae et incredibilis in Regum ac
Principum Majestatem reverentia, nec non aequi bonique amor semper fuit,
ut non tantum ipsi aestimetis, oro, rogo, obsecro, obtestor, quanto inge-
nio, quoq ore spirituq opus sit, ut et aequet dicenda et ad quos dicitur,
eorum vestris judiciisq respondeat oratio; verum etiam summoperè
defendo, ut ne mihi de nobili, admodum tristi licet ac funesto, The-

mate